

Dwugremu Andrzejowi z okazji Jego habilitacji ten dlebny upominek
antykwarski wraz z bardzo serdecznym wyrazem تقlosu i gratulacjami
„congratulations”.

Poznań, dnia 29 października 1976 r.

R.

2118436

den enest gældet ent' bestilledt af gælden a. nogenstid ent' en
bestilling i en best. bestilling nævntes ent' en best. bestilling
bestillingen.

.ST.

ad 6) almenheds til en best. bestilling

MANUALE JURIS CANONICI,
QUOD IN USUM AUDITORUM QUINQUAGINTA TABULIS SYNOPTICIS
DELINEAVIT ET BREVIBUS NOTIS ILLUSTRAVIT
A L O Y S I U S C A P P E L L I
ANTECESSOR VILNENSIS.

Si Civiles leges firmas ab omnibus custodiri ad obedientium securitatem studemus, quanto plus studii adhibere debemus circa sacrorum Canonum et divinarum legum custodiam, quae super salute nostrarum animarum definitae sunt. IMP. JUSTINIANUS in Praefat. Nov. Constit. CXXXVII. ex interpret. Ant. Contii.

V I L N A E

TYPIS ET SUMPTIBUS JOSEPHI ZAWADZKI UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI
MDCCCXIX.

DOzwolony jest drukowanie jedynie w tym wydrukowaniu
TIVASSTEINAI RITOKAS SAVITAS IR TIVASSTEINAS
I L I U S Q U A D R U M Y O N A
Z P R E Z E N T U J U D O S S E F R T M A

Dozwala się drukować pod tym warunkiem, aby po wydrukowaniu nie pierwem wydawać zaczęto, aż będą złożone w komitecie Cenzury Exemplarze xięgi téy: ieden dla tegoż Komitetu, dwa dla Departamentu Oświecenia, dwa exemplarze dla IMPERATORSKIEY publicznéy Biblioteki, i ieden dla IMPERATORSKIEY Akademii nauk Dan. w Wilnie 1819. r. d. 26 Sierpnia.

X. I. K Chodani T. Dr. i P. P. Z. Kom. Cenz. Członek.

1268758



K.54/2016

CUPIDAE SACRORUM CANONUM JUVENTUTI

S.

VESTRAE, egregii adolescentes, utilitati promovenda unice inserviens has synopticas tabulas delineavi, quibus uno intuitu Jurisprudentiae Canonicae facies et conspectus, nexusque, quo partes omnes inter se junguntur, conspici posset. Quantum series et junctura rerum vel in juris studio polleat facile vobis apparet cum eas attento animo evolveritis. Adparatum quemdam litterarium in notis adjeci, in quo magis delectus auctorum et locorum consulendorum, quam eruditionis ostendande rationem habui.

Exstant equidem infinitae juris nostri Institutiones et Elementa, quae ab instauratis litteris ad nostram usque aetatem edita fuere; et ob hanc potissimum causam ad hujusmodi tabulas exarandas animum appuli. Nam cum nihil novi addi queat compendiariis operibus, quibus juris positivi praecelta exponuntur, concinniori saltem ejus tradendi methodo studendum est, quo facilius ab adolescentibus res percipientur, et altius ipsorum menibus inhaereant. Quapropter non immerito Crassus apud Ciceronem (1) in recta divisione, juris tractationem constituisse videtur. Ait enim: si quis efficeret ut primum ius omnē in genera digereret, deinde eorum generum quasi quaedam membra disperiret, tum propriam cuiusque vim definitione declararet, perfectam nos artem juris habituros. Quanti vero divisionis commode instituendae peritiam Socrates fecerit, habetis apud Platonem (2). In exponenda igitur vobis in Auditorio Canonicae Jurisprudentiam secundum ordinem in his tabulis propositum, non negligam juris origines et rationes ex antiquitate et Historia Ecclesiastica potissimum desumptas expromere, et in omnes mutatae disciplinae causas inquirere. „Sanctitas enim, ut ait Cl. Cavallarus (3.) et majestas juris Canonici in antiquitate splendescit, et sententia Canonum animos occupat et perstringit si eorumdem rationes innotuerint. Qua eadem ratione civilis sapientia tum

(1) Lib. I. DE ORATORE. 190.

(2) IN PHOEDONE.

(3) IN PRAEFAT. ad Instit. Jur. Can.

perfecta videtur, si legum rationes et causae ex civitatum formis et populorum moribus de promtae animo obversentur. Quin Canonum et legum ratio eo etiam nomine utilis est, quod ad rectam interpretationem conduit, et ulterius excurrens, veluti novas rei Canonicae et Civilis regulas invehit.” (4)

Multa videri poterunt capita a me praetermissa, quae in omniibus Institutionibus passim occurruunt; sed ea in jure Canonico non necessaria sum arbitratus, quae commodius in jure Civili et Criminali enarrantur, aut ad Theologiam sive moralem, sive Pastoralem, sive Dogmaticam referuntur. (5)

Nec deerunt forsitan qui nostris praesertim temporibus in tenui labore nostrum positum judicent, cum sacra haec sint; hiuc collabefacta et obsoleta. Sed, ut cetera omittam, videant, quae quo, utrum diu duratura civitas sit Religionis expers; quod et ipse Cicero (6) aperte negat, et experientia testatur *frustra vigilare qui civitatem custodiunt, et in vanum laborare qui domum aedificant, nisi Dominus custodierit civitatem, et aedificaverit domum,* (7) scilicet nisi Rempublicam Religio tueatur. „Quod froenum erit peccaturis, ait Lipsius, (8) quis metus satis validus? Nam externum illum, qui a poenis aut morte est, multi contemnunt: et desperatio, impetus, aut iracundia eo ducunt.” Ad beatitudinem igitur Civitatis Religionem esse necessariam inde intelligitur, quod sine ea nulla fides, nulla justitia, nulla virtus sit, sed fraus, licentia, protervitas, uno verbo confusio hominum et rerum. Et quoniam inter omnes Religiones ea quam profitemur puritate ac sanctitate longissime excellit, eaque Reipublicae et Imperii Civilis rationibus omni ex parte respondet; merito etiam a Principibus Ecclesia Christiana, cuius jura et officia hic summatis recoluntur, tutelam et praesidium expectat. Verissimum namque est quod multi animadverterunt, et Historia nostri temporis novis argumentis comprobat, repudiata Religione Christi parum abesse quin omnis universe adversus Deum Religio abjiciatur. Quem vero Superiorem agnoscent in hoc mundo, qui Supremum illum coeli ac terrarum moderatorem non agnoscent aut non reverentur? His si addamus divinum illud de Ecclesia nostra effatum: et *portae inferi non praevalebunt adversus eam:* non erit cur contumeliarum aculeos et sopismata, quibus jus nostrum quotidie impeti solet, pertinescamus.

Objicient iterum corruptelas in jure Canonico introductas ab Isidoro peccatore, et in Corpore juris repetitas. Objicient Decretales, quibus nonnulli inter summos Pontifices non solum in universam Ecclesiam, sed in ipsos Im-

(4) Conf. FRANCISI FLORENTIS Orat. de recta juris Can. discendi ratione T. I. Opp. JUST. HEN. BOEHMERUS in Diss. de necessitate et utilitate studii Historiae Ecclesiasticae in Juris Eccl. prudentia, JO. ERNESTUS FLOERCKE in Praenot. Jur. Eccl. §. XVI. JO. SALOMO BRUNQUELLIUS in Diss. de utilitate ex Historia et Antiquit. in Jurisprud. Eccl. studio capienda, et FLEURY Discours II. §. XVII.

(5) Ex. gr. Tractatus de Privilegiis, de Interpretatione, de Rescriptis, de modo procedendi in iudiciis Civilibus, de Probationibus etc. nonne potius ad ius Civile quam Canonicum spectant? Ea quae Sacra menta respiciunt in Theolog. Doga. et Pastor. traduntur. De differentiis vero inter ius, obligationem, et officium, necnon de ipsorum indole, natura, divisionibus, etc. nonne in Theologia morali disceptatur? Patet tandem per se, in jure Peccati medos procedendi in iudiciis Criminalibus esse exponendos.

(6) DE LEGIBUS.

(7) Psalm. CXXVI.

(8) de Religione Cap. I. Cf. MABLY de la Legislation Liv. IV. Cap. II et III et WARBURTON de divina Moysis missione.

peratores et Reges dominationem absolutam soeculis elapsis sibi vindicabārūt. Verum etiam nobis putida haec sunt, et a codatioribus semper explosa, utpote perquam aliena a sanctissima illa priorum soeculorum disciplina, quam instaurare Ecclesia semper, et nuper Tridentini Patres, quantum tempora sinebant, adlaborarunt. Juvat in hanc rem verba Car. Ferd. Hommelii (9) vel inter ipsos Protestantes clarissimi referre. „Plerique in hunc errorem incidunt ut se p̄aeclare egisse putent, si jus Canonicum, cuius sapientiam nequidem p̄evident, et ipsum Pontificem diceris insipidis proscindant. Nempe illi saepe naevos ubi nulli sunt, videre, aut machinas fraudesque Pontificum invenisse glorianter, immo si forte quaedam invenerint praeter modum exaggerant, nec tamen erudite satis, unde non solum Romanis, verum etiam doctis Protestantibus se derisui p̄aebent, propriamque non raro produnt inscitiam dūm insectantur Pontificem.” Quid interim salubrius p̄aestantiusque excogitari potest in animi dotibus describendis, quas nostri Canones requirunt in iis, qui in album Ecclesiasticorum Antistitum, quiue ceterorum magistri et pastores sunt consecrandi? quid in clericorum munib⁹, virtute et dignitate enarrandis? Ecquaenam de eorum honestate, cultu, et doctrina retinenda, luxu, comessionibus, choreis, aleis fugiēdis; quaenam de caritatis vinculo, quo primi inter se sacerdotes copulentur oportet, et ne quis inter eos, jus sibi ab Apostolis non traditum arrogans, ceteris dominari co[n]netur; quaenam de recto redditum Ecclesiasticorum usu et administratione, de cura pauperum, et caritatis officiis p̄aecepta nostri Canones omiserunt? de Conciliorum vero frequentia ut fides et mores dirigantur, nascentes resecantur labes, vitia succrescentia rescindantur, de spiritualibus demum poenis, quibus sacrarum legum contemptores sunt coercendi, quot saluberrima ex illis decreta fluxerunt! Respublica vero si cives habet tranquillos, probos et obedientes nonne magna ex parte id debet Ecclesiae? tales enim efficit Christiana religio quae, quin de juribus majestatis aliquid deroget, aut diminutionem iuferat, animos hominum excolendo, legalitatem quoque actionum externarum promovet, quamlibet legum civilium violationem ut peccatum condemnat, sedulam p̄aepicit unicuique officiorum status observationem; subjectionem denique *potestatibus sublimioribus* debitam, utpote a Deo ipso ordinatis inculcat. (10)

Quare ad hoc jus cognoscendum alaci animo, adolescentes optimi, accedite, nostraque synopticas tabulas in eo excolendo tanquam filum Ariadneum adhibete. Si aliquam ex iis utilitatem perceperitis, ut confido, ad his similes in jure Poenali et Civili concinandas manum admovebo. Interim cavendum (vos enim iisdem verbis nunc alloquar, quibus consultissimus Gravina suos juris Civilis auditores olim fuerat allocutus (11)) „cavendum ne leges quas addiscitis sive Caesareas sive Canonicas animo impuro contrectetis, vestroque vitio sensus earum corrumpatis; atque adnitendum ut interiorem identidem excolatis legem ex promentes ex vobis atque afferentes ad haec studia honestatem, caritatem et fidem, quibus discipulorum virtutibus nihilominus quam p̄aeceptorum vocibus leges illuminantur. Vertit enim eas quisque in proprias affectiones, tribuens illis animum suum,

(9) EPITOME SACRI JURIS.

(10) *Ad Romanos Cap. XIII. Recher. Enchir. T I. §. CCXLIV. XENOPHON ipse Cyr. Inst. Lib. VIII. cap I. agnoscit Principem vehementer a subditis diligi, quo magis isti Deum metunt. Cf. etiam STORCK „Cours d'Econ. polit.” P. II. Theor. de la Civilisat. T. V. Ch. 5. Petersb. 1815.*

(11) *Orat. de Canone Inferiori.*

pravus animus pravas etiam opiniones ex invitatis utcumque legibus protrahat, quas tueatur argutiis Dialecticorum. Unde non mirum si non modo judicia, sed et mores hominum opinionibus regantur a sententia legum et Cañonum alienissimis. Quamobrem ei, mea sententia, Deus meus fuit maxime propitius, qui parum inter Sophistas nostros habeatur acutus. Is enim facultate carens tuendorum errorum, armisque falsitatis exutus minime noverit vitium cum virtute componere, neque audebit integra fronte dolum, ultiōnem, rapinas, injurias, usuras, et nefarium qualemcumque scelus legum auctoritate propagare. Unde communi sensu ductus humanitatis, jura sive humana sive divina in partem accipit candiōrem, tantoque amplius in cognitione veritatis, et boni et aequi arte profecerit, quanto minus in verborum fraudibus excelluerit."

Tandem ne quid a vobis ex iis quae juris Canonici studiosum latere non debent, desideretur, contexam hic catalogum scriptorum, qui aut interpretationibus et commentationibus, aut historia et antiquitatibus, aut Institutionibus et operibus ordine concinno et systematico editis famam apud nostros adepti sunt. Addam ad finem Titulum de regulis juris (12) assidua nec poenitenda unquam opera ab iis praesertim qui in foro versantur relegendum et memoria retinendum, utpote in quo generalium sententiarum ope plures Canones hac illac in Corpore juris dispersos, et de variis rebus eamdem rationem habentibus agentes, quodam verborum compendio breviter attinguntur. (13) Circa quarum regularum usum nunquam obliviscendum ex iis jus non nasci, sed potius ex jure tanquam ex materia praeexistente regulas confici. Hinc non temere ad quosvis casus eae sunt applicandae, ut passim a rabulis fieri videmus, sed potius attendendum ad jus ē quo confectae fuere. (14)

De virtutibus et vitiis scriptorum commemorandorum judicium criticum potius quam annorum, editionum, et formarum omnis generis notitiam, in scholis proferam. „Etenim, ut recte Hommelius, (15) hanc scientiam, si cetera desint, vitiosa nūce non emerim. Contenta librorum tenere, eorumque usum et praestantiam scire debemus, neque in hac ipsa re nimium temporis collocare. Si quis enim re vel optima abutatur nullo modo probo, neque tenet is auream et toties laudatam ab Aristotele mediocritatem. Unde parcias laudandas puto edaces illas sine ingenio, at humano tamen capite natas, bipedesque tinea, quae adeo se immergunt litteratae, ut necessaria negligant, et praeter titulos librorum nihil omnino sciant.”

Valete vos interim, et studium erga me vestrum vestra cupiditate discendi atque assiduitate laboris in diem adprobate.

Vilnae ipsis kal: Septembr. an. MDCCCXIX.

Auctor.

(12) Qui est ultimus in VI^o Decretal.

(13) V. XAV. GMEINER T. II. Proleg. Instit. I. E. Cap. 1. §. XXXIV.

(14) Sapienter R. I. POTIER in PANDECTIS JUSTINIAN. ad tit. ult. lib. L. „La regle pour peu qu'elle soit mal appliquée en quelque chose, devient inutile et ne décide rien.”

(15) In Literatura Juris Proleg. §. 7.

SGRIPTORES CELEBRIORES

INTERPRETATIONUM ET COMMENTARIORUM.

VETERES ET ARTIS CRITICAES PRAESIDIIS
DESTITUTI.

GLOSSATORES sic dicti.

INNOCENTIUS IV. Comment. in V. libr.
Decretal.

HENRIC. DE SEGUSIO, vulgo Hostiensis.
Lectura et Summa Jur. C.

GUiliELMUS DURANTES, vulgo SPECULATOR.
Speculum Juris.

JOANNES ANDREAE Novellae seu Com-
ment. in Decret.

PETRUS ANCHARANUS Comm. in Decret.

FRANC. ZABARELLA Card. Responsa et
Comment.

NICOL. TUDISCUS, vulgo PANORMITANUS
Comm. in Decretal.

JOANNES A TURRECREMATA Interpr. in
Gratiani Decret.

PHILIPPUS DECIUS Comm. in Decr.

RECENTIORES HUMANIORIBUS LITTERIS ET
ARTE CRITICA IMBUTI.

ANTON. AUGUSTINUS de Emendat. Gratia-
ni Dial. et Opera omnia.

ANDREAS ALCIATUS Comment. in aliquot
Decret. Capita.

FRANC. DUARENUS de Benef. et Defensio
Libert. Eccl. Gallic.

INSTITUTIONUM ET OPERUM MELIORI METHODO DISPOSITORUM.

ANTONIUS CUCCHIUS. Institutiones Majores et Minores.

JOAN. PAUL. LANCELLOTTUS Instit. Jur.
Canon.

ANT. AUGUSTINUS Epitome Iuris Pontif.

HENRICUS CANISIUS Summa Jur. Can. alia,
que opera canonica.

ANTON. CORVINUS Jus Can. per aphorismos strictim explicat.

JOANNES CABASSUTIUS Jur. Can. Theoria
et Praxis.

FRAnc. DE ROYE Inst. J. Can.

CLAUDIUS FLEURY *Institution au Droit Ecclesiastique*. latine verit et cum ani-
madversionibus JUSTI HENR. BOEHMERI
edidit JOAN. DAN. GRUBER.

JAN. VINCENT. GRAVINA Instit. Jur. Canon.

DOMINICUS CAVALLARIUS Comment. de
Jure Can.

EJUSDEM Instit. Jur. Can. quibus vetus et
nova Eccl. disciplina enarratur, cum notis.

JOAN. DEVOTI Inst. Jur. Can.

ANT. SCHMIDT Inst. Jur. Eccl. et Thesaur.
J. Eccl.

G. CHR. NELLER Principia Juris publici
Eccl.

JOAN. CASP. BARTHEL Opusc. jurid. var. arg.

HISTORIAE ET ANTIQUITATUM.

LUDOVICUS THOMASSINUS de Vet. et no-
va Eccl. disciplina.

EJUSDEM OPERIS EPITOME seu Thomassi-
nus abbreviatus cura Bened. OBER-
HAUSER.

LUD. ELL. DU PIN de antiqua Eccl. dis-
ciplina dissertationes historicae.

MAMACHIUS Origines Eccl.

JOSEPH BINGHAM de Originibus sive an-
tiquitatibus Eccl. e lingua Anglicana in
latinam transtulit Io. HEN. GRISCHOVIA.

PETRUS DE MARCA de Veter. Can. Col-
lection. et de Concordia Sacerd. et
Imperii Dissertationes.

GERHAR. VAN MASTRICH Hist. Jur. Eccl.

JOAN. STRAUCHIUS Exercitat. Can. de
Origine, Libris necnon auctoritate
Jur. Can.

CASP. ZIEGLERUS de Ortu et progressu
Jur. Can.

ZEG. BERN. VAN ESPEN Tractatus histo-
rico-canonicus scholia in omnes Cano-
nes Conciliorum exhibens.

GEORG. HENR. AYRER de Collect. Jur.
Can. tum Vetus, tum recentior. in Opusc.
T. I.

ANTON. ARRIGHIUS in Acroasibus qua-
tuor de Jure Pontif.

VIII

- JAC. BENIGN. BOSSUET Defensio Decl.
Cler. Gall. et de Potestate Ecclesiastica Opus posthumum.
- JAC. CUJACIUS Recitationes solemnes ad libr. Decr. Gregorii IX.
- BOETIUS EPO de Jurē Sacro.
- JANUS A COSTA Summaria et Comm. in Decr. Gregor.
- FRANC. FLORENS Op. omn.
- ANT. DADINUS ALTESERRA Comm. in Decret.
- INNOCENT. CIRONIUS Opera in Jus Can.
- PROSP. FAGNANUS Comm. in V. Lib. Decri.
- EM. GONZALEZ TELLEZ Comm. in V. libr. Decri.
- UBALDUS GIRALDI Expositio Jur. Pontif. juxta recent. Eccl. discipl.
- AUGUSTINUS BARBOSA Jus Eccl.un.Lib. III.
- EJUSDEM Tractatus var. Collectanea Doctorum in Jus Can. et Collectan. in Conc. Trid.
- PAUL. LAYMANN Comm. in Lib: Decret.
- HENR. PIRRING Comm. in Decri.
- LUD: ENGEL Collegium univ. jur. canon.
- PLAC. BOECKHN Comm. in Jus Can. Un.
- ANACL. REIFFENSTUEL Jus. Can. Un. juxta tit. Decri. Greg. IX.
- BENED. OBERHAUSER Praelect. Can. juxta titulos Decret.
- FRANC. SCHMALZGRUBER Lucubrat. in V. Lib. Decri.
- VIT. PICHLER Candidatus Jurispr. sacr. seu Jus Can. secundum tit. Decret.
- EJUSDEM Candidatus abbreviatus et Jus Canon. practice explicatum.
- GREGOR. ZALLWEIN Principia Jur. Eccl.
- PAUL. JOS. RIEGGER Inst. Jurisprud. Eccl.
- STEPHANUS RAUTTENSTRAUCHIUS Proleg. univ. Jur. Eccl. et Institutiones.
- MAUR. SCHENKL Instit. Jur. Eccl.
- Jos. J. NEPOM. PEHEM Praelect. in Jus Eccl. Un.
- XAV. GMEINER Inst. Juris Eccl.
- GEORG. RECHBERGER Euchiridion Jur. Eccl.
- Jos. ANT. SAUTER Fundamenta Jur. Eccl.
- L. K. SCHMIDT Principia Jurisprud. Eccl. Pontif. cura J. CH. WOLTAR.
- Jos. VAL. EYBEL Introd. in Jus Eccl. cathol. et collect. selectior. Lucubration.
- JOAN. PETRUS GIBERT Corpus Juris Can. per regulas naturali ordine digestas ex eod. jur. et Conc. et Patrib. atque aliunde desumptas expositi.
- FR. XAV. ZECH de Jure Rer. Eccl. et de Judic. Eccl.
- ZEGER. BERN. VAN ESPEN Jus Eccl. universum.
- EPITOME hujus Operis edidit OBERHAUSER.
- GEORG. SIGISM. LAKICS Institut. Jur. Eccl.
- EJUSDEM Juris Publici Eccl. pars generalis.
- CAR. SEBAST. BERARDUS Comm. in Jus Eccl. Un.
- Jo. DOUJAT Praeuot. Canon. Libri quinque ex recens. LUDOVICI SCHOTT.
- EJUSDEM Histoire du Droit Canon.
- GREGOR. ZALLWEIN. de Collect. Jur. Eccl. ant. et novi.
- IGN. MULZER Historia legum positivarum Eccl.
- P. JOS. RIEGGER Syntagma Dissertat. Eccl.
- FRANC. XAV. ZECH Praecognita Jur. Can.
- Jos. ANT. de RIEGGER Bibliotheca Jur. Can.
- GEORG. SIGISM. LAKICS Praecogn. Jur. Eccl. Un.

○ 1 ○

T A B U L A I.

DEFINITUR „Systema Legum Ecclesiasticarum, quibus tum Ecclesiae, tum ejusdem membrorum jura et officia quoad exteriorem negotiorum ordinem et forum externum determinantur.”

JUS CANONICUM ⁽¹⁾	DIVIDITUR	ex Origine	in DIVINUM, quod subdividitur et HUMANUM (Tab. IV.)	in SCRIPTUM (Tab. II.)
				et NON SCRIPTUM (Tab. III.)
				in VETUS (Tab. V.)
		ex Subjecto	in COMMUNE, quod subdividitur et PARTICULARE, quod variat pro numero Ecclesiarum.	NOVUM (Tab. VI.)
				et NOVISSIMUM (Tab. X.)
		ex Objecto	in PUBLICUM, quod subdividitur et PRIVATUM (Tab. XXV.)	in INTERNUM (Tab. XI.)
				et EXTERNUM (Tab. XXIII.)

(1) De Juris Canonici praestantia, necessitate et utilitate consuluntur DOUAT Praenot. Canon. Lib. 1. cap. 3. et cap. 4. §. 11. nec non GOUIET §. 13. *Discours sur le Renouvellement des Etudes Ecclesiastiques depuis le quatorzième siècle apud FLEURY Discours sur l'Histoire Ecclesiastique.*

T A B U L A . II.

QUODAMMODO in Veteris Testimenti Libris qui ex Decreto Conc. Trid.
Sess. IV. sunt

JUS CANONICUM
DIVINUM SCRIPTUM
CONTINETUR
(1)

OMNIMODE Libris Novi
Testamenti qui ex
eodem Decr. sunt

EVANGELIA
1 Secundum Matthaeum
2 Sec. Marcum
3 Sec. Lucam
4 Sec. Joannem

ACTUS APOSTOLORUM

PAULI Epistolae —

JACOBI Epistola
PETRI Epistolae I. et II.
JOANNIS Epistolae I. II. et III.
JUDAE Epistola.
JOANNIS Apocalypsis.

ad Romanos
ad Corinthios I et II.
ad Galatas
ad Ephesios
ad Philippenses
ad Colossenses
ad Thessalonicenses I et II.
ad Timotheum I. et II.
ad Titum
ad Philemonem
ad Hebraeos.

PENTATEUCHUS, quo comprehenduntur
GENESIS
EXODUS
LEVITICUS
NUMERI
DEUTERONOMIUM.

JOSUE

LIBER JUDICUM

RUTH

REGUM I. II. III. et IV.

PARALIPOMENON I. et II.

ESDRAE I. et II.

TOBIAS

JUDITH

ESTHER

JOB

LIBER PSALMORUM

PROVERBIA SALomonis

ECCLESIASTES

CANTICUM CANTICORUM

LIBER SAPIENTIAE

ECCLESIASTICUS

PROPHETAE —

MACHABAEORUM I et II

MAJORES

Isaias

Jeremias

Baruch

Ezechiel

Daniel.

Osee

Joel

Amos

Abdias

Jonas

Michaees

Nahum

Habacuc

Sophonias

Aggæus


Zacharias

Malachias.

MINORES

(1) De sacris Scripturis generatim praetendendus FLEURY Discours IX et X. sur l'histoire Ecclesiastique. Cons. Bibliothecam Sanctam SIXTI SENENSIS, BELLARMINUM de Verbo Dei et de Scriptoribus Ecclesiasticis et MELCHIOR, CANI Loca Theologica. De interpretatione et versione authentica Sacr. Script. V. Decr. Conc. Trid. de Editione et Usu SS. Libr. et NAT. ALEX. Saec. XVI. Diss. 12.

T A B U L A III.




(1) Existentiā et veritatem Traditionis firmissimis argumentis ostendunt Theologi. /Conf. MURATORI de Ingen. Moderat. Lib. I. cap. 11. et Libr. III. cap. 16. Exempla suppediat DOUJAT Lib. I. Cap. IV. §. 12. Op. cit.

(2) V. BOSSUET *Defense de la Tradition et des SS. Peres.* FLEURY Dis. II. §. 15. et 16. De operibus SS. Patrum, eorumque Editionibus agitur in PATROLOGIA. *De Patrum usu et auctoritate cons.* VINCENTIUS LIRINENSIS in Commonit. et Auctor *Opusculi de Methodo optima legendorum Ecclesiae Patrum.* Aug. Vindelic. an. 1766.

(3) Conf. III. DE MARTINI *Positiones de Lege Naturali* Vienae 1772. et *Positiones de Jure Civitatis* ibid. 1773. et REYBERGER Institut. Ethicae Christ. Isag. Cap. III. §. 14.

T A B U L A IV.



(1) Plurimae hujusmodi leges extant apud veteres in Codicibus THEODOSIANO et JUSTINIANEO, et in Novellis JUSTINIANI, et apud recentiores præsertim in JURE ECCLESIASTICO AUSTRIACO.

(2) De Consuetudine passim agunt Interpretes Juris Civ. et Can. Cons. CAVALLARI Inst. Jur. Can. Proleg. Cap. 2. § 11. et Tit. iv. Lib. 1. apud GREGORIUM.

T A B U L A V.

	CANONIBUS VULGO APOSTOLORUM, quorum (1)	auctor et aetas incerta. auctoritas magna.
apud Graecos	Conice CANONUM, qui editus tempore Theodosii Magni, conflatus primum Canonibus Conciliorum auctus fuit deinde (2) et Placitis SS. Patrum.	generalium particularium Nicaeni, Constantinopolitani, Ancirani Neocaesariensis Gangrensis Anthiocheni Laodiceni,
JUS CANON. COMMUNE VETUS continetur praecipue	NOMO-CANONE JOANNIS SCHOLASTICI Soec. VI. (3)	
	NOMO-CANONE PHOTII Soec. IX. (4)	
apud Latinos	CODICE PRISCO LATINO GRAECORUM CANONUM, cuius auctor et aetas incerta (5) CODICE A DYONISIO EXIGUO concinnato initio Soec. VI., quo comprehenduntur (6)	Quinquaginta priores Canones Apostolorum, Canones extantes in p.º Graecorum Codice nondum aucto, Canones Chalcedonenses Sardicenses Africani, Epistolae Decretales Summorum Pontificum a Siricio ad Anastasium II.

(1) DOUJAT *Op. cit. Lib. III. Cap. 2.* (2) VOELLI ET HENRICI JUSTELLI *Bibliotheca Jur. Can. Veter. T. I. et II.* Parisiis 1661 et DOUJAT *Cap. III. et sequent.* necnon *Pandectae Canonum Graece et Latine editae Oxonii an. 1672* a GUILFELMO BEVEREGIO. (3) *V. cit. Biblioth. Jur. C. V.*

(4) DOUJAT *I. c. et FABRICIUS in Bibl. Graeca Lib. VI. Opus JOANNIS SCHOLASTICI et PHOTII IOANNES ZONARAS, ALEXIUS ARISTENUS et THEODORUS BALSAMON* Canonistae Graecorum celeberrimi commentariis suis illustrarunt. (5) VAN ESPEN. *Diss. de princ. Cod. Eccl. Roman.* (6) *Bibl. cit. et V. ESPEN Diss. de Cod. Dyonis. Ex. ceterasque ejusdem Auctoris Diss. et Comment. in veteres Canones in JURE ECCLESIASTICO UNIVERSALL.*

T A B U L A VI.

JUS CANON. COMMUNE NOVUM continetur potissimum	COLLECTIONE PSEUDO-ISIDORI, <small>VULGO PECCATORIS;</small> quae		<small>(1)</small>	<small>(2)</small>	<small>apparuit initio Soeculi IX.</small>	<small>Celebrationem Core. prov. Judicia Episcopor. Translationes eor. et Appellationes.</small>
	<small>invexit nova principia in discipl. Eccl. praesertim quod ad</small>	<small>Canonibus Orient. priscae Versionis,</small>	<small>constat</small>	<small>Canonibus plurium Concil. posterior. Occidentalium,</small>	<small>Epistolis Decretalibus Summ. Pontificum quarum multae usque</small>	
					<small>a Soec. XIV. detectae fuere</small>	<small>supposititiae, adulteratae, mutilatae.</small>
			<small>Usus in Jure publico Eccl. fere nullus.</small>			
	<small>CORPORE sic dicto JURIS CAN. cuius</small>		<small>DECRETUM GRATIANI. (Tab. VII.) (3)</small>			
		<small>PARTES sunt</small>	<small>DECRETALES GREGORII IX. (Tab. VIII.)</small>			
			<small>SEXTUS DECRETALIUM.</small>			
			<small>CLEMENTINAE.</small>			
			<small>EXTRAVAGANTES</small>	<small>JOANNIS XXII.</small>		
			<small>(Tab. IX.)</small>	<small>COMMUNES.</small>		

(1) Hanc integrum MERLINUS in *Collectione Concil. edidit. Parisiis anno 1524. V. DOUJAT Lib. III. Cap. 20.* et de MARCA de *Concordia Sacerdotii et Imperii Lib. III.*

(2) *Cons. FLEURY Disc. IV. sur l'Histoire Eccl.*

(3) Omnes mediae Aetatis ante Gratianum Collectiones BALLERINII FRATRES de Veterib. Coll. Canonum enarrant.

7

T A B U L A VII.

Perfecit anno 1151.

Inscriptis CONCORDIAM DISCORDANTIUM CANONUM.

Confecit et distribuit exemplo

REGINONIS
BURCHARDI
IVONIS (2)

Replevit praecipue

Decretis	Conciliarum et Pontificum,
Sententiis	Patrum Aliorumque Auctorum Ecclesiasticorum.
	Constitutionibus Principum nonnullis.

PRIMA continet Distinctiones 101 et versatur circa

ORIGINEM	Species Dignitates Promotiones Officia.
AUCTORITATEM	
ET SPECIES JURIS.	

CLERICORUMQUE	in XXXIa. de POENITENTIA in ceteris de JUDICIIS ECCLESIASTICIS.

DECRETUM SEU COLLECTIONEM
SUAM GRATIANUS
(1)

Divisit in TRES PARTES, quarum

SECUNDA continet 36 Causas. Agitur

TERTIA dividitur in V. Distinctiones et exhibit Tractatum
de CONSECRATIONE, in quo agitur de

Consecratione Eccl.	Consecratione Eccl. Celebr. Missarum Sacram. Euchar. Festivitatibus Sacram. Baptismi Confirmatione Jejunio.
Celebr. Missarum	
Sacram. Euchar.	
Festivitatibus	
Sacram. Baptismi	

Infecit multis erroribus, quos correxerunt deinde

ANTONIUS CONTIUS ET ANT. DEMOCHARES (3)

CORRECTORES ROMANI sub

ANTONIUS AUGUSTINUS (4)

CAR. SEBAST. BERARDUS. (6) Aliique.

Pio IV.

Pio V.

GREG. XIII. qui Corpus Jur. Can. correct.
edidit an. 1580.

(5)

(1) Cons. VAN. ESPEN Op. cit. PAULI JOSEPHI RIEGGERI Diss. de Gratiani Decreto Vindob. 1760. in ANT. SCHMIDTHI Thes. Jur. Eccl. et DOUJAT Lib. IV. Op. cit.

(2) De Reginone, Burchardo, Ivone cons. VAN ESPEN Op. cit. (3) cit. Diss. Jos. RIEGGERI. (4) De Emendatione Gratiani Libri duo, quos edidit nitidissime Parisiis JOANNES GARNIER an 1760 (5) Inter Editiones perfectiores Corporis Jur. Can. eminent duea, quarum prima est fratrum PETRI ET FRANCISCI PITHOEORUM a CLAUDIO PELLETERIO Parisiis 1687. in lucem data, altera est JUSTI HENNING. BOEHMERI eaque Haleae 1747. prodiit. (6) Gratiani Canones genuini ab apocryphis discreti Vol. IV. Taur. an. 1752.

T A B U L A VIII.

DECRETALES SEU COLLECTIO GREGORII IX.	Constat praecipue (1)	Decretalibus SUMMORUM PONTIFICUM coactis post Gratianum in varijs Collectionibus: (2)
		Iisque, quas GREGORIUS IX. ipse edidit:
Condita fuit		Jussu GREGORII IX. qui eam etiam vulgavit an. 1230.
		Cura RAYMUNDI DE PENNAFORTI.
Distributa est in V. libros, quorum (3)		I. agit de Juris Canonici partibus et speciebus II. de Personis Ecclesiasticis, earumque ordinatione provisione et potestate. III. de Clericorum Juribus et Officiis.
		de Pactis etc. II. de Judiciis civilibus instituendis, instruendis, perficiendis. IV. agit de Sponsalibus et Impedimentis matrimonii.
		V. de Delicis Ecclesiasticis, ubi de Accusatione, de Judiciorum Criminalium instructione per se, de Poenis et Censuris Ecclesiasticis.
		de Prosecutione, forma.

(1) Causas cur tot Decretales latae fuerint exponit PETRUS DE MARCA de. C.S. et Imp. Lib. III. Cap. 6. (2) Vid. GEORG. SIGISM. LAKICS Praecognita Jur. Eccl. Cap. III. § 66. 67. (3) DOUJAT Op. cit. Lib. IV. Cap. 19. et sequ.

○ 9 ○
T A B U L A I X.

COLLECTIO SUB NOMINE SEXTI DECRETALIUM

Addita quasi Sextus V. Libris Decretalium Gregorii IX.
 Edita a Bonifacio VIII. anno 1298.
 Referta potissimum } Decretalibus Pontificum } a Gregorio IX.
 } ad Bonifacium VIII.
 Canonibus duorum Conciliorum Generalium Lugdunensium.

Disponitur et dividitur eodem ordine, eodemque librorum numero, quo Sextus Decretalium.

COLLECTIO SUB NOMINE CLEMENTINARUM

Vulgata ab Joanne XXII. anno 1317.
 Contexta } Decretalibus Clementis V.
 } Canonibus Concilii Generalis Viennensis.
 Ordinatur et dividitur ut supra.

COLLECTIO SUB NOMINE EXTRAVAGANTIIUM (1)

JOANNIS XXII. continet hujus Pontificis Decretales, XIV. Tit. distributas.

COMMUNIUM } Conflata circa finem Soec. XV. e Decretalibus XXV. Pontificum successorum Joannis XXII.
 } Dividitur sicuti praecedentes.

(1) De omnibus hisce Collectionibus conferatur DOUJAT. Praenot Canon. Lib. IV. Cap. XXI. et. seq.

T A B U L A X.

JUS CAN. COMMUNE NOVISSIMUM	Continetur praesertim	DECRETIS CONCILIORUM GENERALIUM	BASILEENSIS saltem usque ad Sess. XXV. (2)
		TRIDENTINI quod (3)	indictum a Paulo III. ad cohibendos motus excitatos in Ecclesia a M. Luthero, coeptum Tridenti anno 1545. continuatum sub Julio III.
		CONSTITUTIONIBUS PONTIFICUM recentiorum, quarum sub nomine BULLARII plures extant Collectiones. (4)	absolutum sub Pio IV. an. 1563. constat Session. XXV. continentibus Decreta de fide Canon. de disciplina.
		Distinguitur a novo ob susceptam emendationem abusum, qui irrepserant in Disciplina Ecclesiastica.	


(1) Acta hujus Concilii videnda apud HARDUINVM *Concil. T. VIII.* et MANSI *Supplm. Concil. T. III.* Ejusdem celeberrimi Conventus Historia legenda apud Edm. RICHER in *Hist. Conc. Gen. Lib. II. cap. 3.* J. LENFANT in *Op. gallice edito „HISTOIRE DU CONCLE DE CONSTANCE” et DU CHASTENET nouvelle histoire du Conc. de Constance.* nec non apud NATALEM ALEXANDRUM *Soec. XV. Diss. III.* (2) LENFANT *Histoire du Concile de Bale.* (3) Primaria et authentica hujus Concilii Editio prodiit Romae cura PAULI MANUTII an. 1564. Historiam scripsit CARD. SPORTIA PALLAVICINI. Nec omittenda ea quam PAULUS SARPI latens sub nomine PETRI SUAVIS vulgavit. Cons. etiam NAT. ALEX. *Soec. XVI. Diss. 12.* (4) Novissima et Completissima collectio sub nomine BULLARII MAGNI *constans XIX. Tomis prodiit Luxemburgii 1739—58.* V. PAULI JOSEPHI RIEGGERI *Instit. Jurispr. Eccl. necnon LAKICS Praecogn. Jur. Eccl. Sect. II. Cap. 4.* Adde *Bullarium Benedicti XIV. Romae 1754—58.*

T A B U L A XI.

	Institutionem divinam (1)	Acquirendae modum	per Ordinationem,		
			per assignationem Gregis.		
Transmissionem in Successores Apostolorum.					
POTESTATEM ECCLESIASTICAM GENERATIM, nempe ipsius					
JUS CANON. PUBLICUM INTERNUM versatur circa	Jura	in foro interno seu conscientiae (2)			
		legum ferendarum circa (3) dogmata et disciplinam	civilibus,		
		in foro externo judicandi in causis spiritualibus —————	(4) criminalibus.		
		exequendi seu coercendi poenis ecclesiasticis.			
	Indolem qua distinguitur a Potestate soeculari quoad	(5)	originem		
		(6)	scopum et media.		
HIERARCHIAM (Tab. XII.)					
	POTESTATEM ECCLESIASTICAM SINGILLATIM, quam exercent	in Ecclesiam Universalem	CONCILIA OECUMENICA (Tab. XIII.)		
			et SUMMI PONTIFICES (Tab. XIV.)		
	in singulas Ecclesias	PATRIARCHE et CONCILIA NATIONALIA (Tab. XVII.)			
		EXARCHAE et PRIMATES (Tab. XVIII.)			
		METROPOLITANI et CONCILIA PROVINCIALIA (T. XIX.)			
		EPISCOPI et SYNODI DIOECESANAE (Tab. XX.)			

(1) *Matth. XVI. 18. 19. Joan. XXI. 15—17. Matth. XVIII. 18. 20. Joan. XX. 21. 23.* aliaque loca quae passim adducuntur a Theol. et Canonistis. V. PLAC. FIXL MILLNER de *Reip. Sacrae Origine divina Ex. I.* (2) Adeantur Theologi. (3) Cf. KAHKEL in *Jure Publ. Univ. Sect. II. Tit. 2. et Ans. MOLITOR in Diss. de Potestate Eccl. Legislat.* (4) FIXL MIL. *Ex. II. Sect. IV. § 44.* (5) Cf. DUPIN de *Antiqua Eccl. Discipl. Diss. VII.* et VAN ESPEN *P. III. Jur. Eccl. Tit. XI. cap. 1.* (6) V. SAM. PUFFENDORF. *de Concord. Polit. cum Rel. Chr. JOAN. FR. BUDDERI Diss. de Concordia Rel. Ch. statusque Civilis, AUCTOR Tract. de Potestate Eccl. et Temp. et P. de MARCA de C. S. et J. Lib. II. Cap. 1.*

T A B U L A XII.



(1) V. PETAV. *Lib. I. de Eccl. Hierar.* MORINUS *de Sacris Ordinat.* P. III. EXERC. III. NATAL. ALEXAND. *in Hist. Eccl. Soec. IV. Diss. 44.* LAKICS *Jur. Publ. Eccl. Sect. 1. Cap. 2.* (2) JOAN. DARTIS *Lib. de Episc. et Presb. et eor. diff.* Nec obstat HIERONYM. *in Comm. in C. 1. Ep. ad Tit. et in Ep. LXXXV. ad Evagr.* Cf. TH. BILSONUS *de perpetua Eccl. Chr. Gubernat.* JOAN. PEARSON *in Vindic. Ignat. P. II. Cap. 13.* BEVEREG. *in Cod. Can. Eccl. prim. Lib. II. cap. XI.* HANSMONDUS *Lib. de Episc. et presb.* BINGHAM *Orig. Eccl. Lib. II. cap. I. et cap. XIX.* USSERIUS *de Orig. Ep.* (3) BINGHAM op. c. Lib. II. cap. XX., (4) FRANC. DUAREN. *de Sacr. Minister. et Ben. Lib. I. Cap. 14.* (5) V. BARON. *ad an. 303.* BINGHAM *Lib. III. cap. 7. et. seq.* (6) MORIN. *de Sacra Ordinat. Exerc. 25.*

T A B U L A XIII.

OECUMENICORUM	INSTITUTIO est Apostolica.	PRAESES Summus Pontifex	sive per se	LEGUMILATORES	jure veteri soli totius Ecclesiae Episcopi.	FINIS Salus universalis Ecclesiae.	Cardinales non Episcopi, Praelati, Abbates consecrati, Generales Ordinum Regularium:
			sive per Legatos.		jure novo praeter Episcopos, etiam ii qui jurisdictione quasi Episcopali fruuntur, nempe		
CONCILIORUM (1)	PRIVILEGIUM Inerrantia in Dogmaticis (2)	NUMERUS XXI, hoc est	IN ORIENTE VIII, nempe	AUCTORITAS fere exaequatur auctoritati Oecumenicorum.	NICAENUM I. anno 325 sub Pont. Silvestro (3) CONSTANTINOP. I. an. 381 sub Damaso I. (4) EPHESINUM an. 431 sub Coelestino I. CHALCEDONENSE an. 451 sub Leone I. CONSTANTIN. II. an. 553 sub Vigilio (5) CONSTANTINOP. III. an. 681. sub Agathone. NICAENUM II. an. 787. sub Hadriano I. CONSTANTIN. IV. an. 869. sub Hadr. II.	IN OCCIDENTE XIII, nempe	LATERANENSE I. an. 1123. sub Calixto II LATERAN. II. an. 1139. sub Innocentio II. LATERAN. III. an. 1179. sub Alejandro III. LATERAN. IV. an. 1215. sub Innocentio III. LUGDUNENSE I. an. 1245. sub Innocentio IV. LUGDUN. II. an. 1274. sub Gregorio X. VIENNENSE in Gallia an. 1311. sub Clemente V. PISANUM an. 1409. sub Alejandro V. (6) CONSTANTIENSE an. 1418. absolutum sub Martino vulgo V. BASILEENSE coepit an. 1431 mansit per decenn. sub Eugenio IV. FLORENTINUM an. 1438. sub eodem (7) LATERANENSE V. an. 1512. sub Julio II. TRIDENTINUM.
	QUASI OECUMENICORUM (8)		ARELATENSE I. an. 314. sub Pont. Silvestro. SARDICENSE an. 347. sub Julio. SERIES FRANCOFURTENSE an. 794 sub Hadriano. CLAROMONTANUM an. 1095. sub Urbano II. TURONENSE an. 1163. sub Alejandro III.				

(1) V. PAULI JOS. DE RIEGGER *Exerc. de Conciliis*, SALMON Traité de l'étude des Conciles et des leurs Collections, EDM. RICHER Histoire des Conc. généraux. JOAN. CABASSUT *Notitia Eccl. histor. Conc. et Can. Ejusd. Op. COMPENDIUM sub nomine brevioris Notitiae Concil. BART. CARRANZAE, SUMMA CONC. iterum edita a SCHRAMM. PHIL. LABBEI Synopsis Hist. Conc. HERMANT Histoire des Conc. FRANC. PAGI Breviar. Gest. P. R. Conc. act. etc. DOUJAT Explication des lieux et des pays qui ont donné le nom aux Conc. inserta ejusdem Histoire du Dr. CAN. BEN. OBERHAUSER Manuale select. Conc. et Can. LUD. THOMASSINI Diss. et Not. in Conc. gen. et par. ZEG. BER. VAN-ESSEN Tract. Hist. Can. exhibens scholia in omnes can. Conc. JOS. CATALANI proleg. et Comm. in Conc. Oecum. SIM. STAROVOLSCII Ep. Conc. Primam Collectionem Conc. JAC. MERLINUS edidit, quam aliae sequitae sunt. Inter has memoratur praesertim CONC. COLLECTIO REGIA MAXIMA studio JOAN. HARDUINI Paris 1715. Novissima est SACR. CONC. NOVA ET AMPLISSIMA COLLECTIO a J. D. MANSI Venetii 1759-92. (2) OPSTRAET de L. Th. Diss. IV. (3) TH. ITTIGII Hist. Conc. Nic. BELLARM. de Conc. BARON. ad an. 525. (4) VERPOORTENII Hist. Conc. Oec. II. (5) CARD. NORIS in Diss. de Syn. V. et JOAN. GARNER. Diss. de ead. (6) LENFANT Hist. du Conc. de Pise. (7) Historiae hujus Conc. ab auctore sub nomine SCUROPOLI editae opponendae Exercit. JOAN. ALLATII. (8) Cf. DOUJAT Praen. Can. Lib. II. Cap. VIII.*

T A B U L A XIV.

SUCCESSORIS S. PETRI IN ECCLESIAE UNIVER. PRIMATU, cuius (2)	INSTITUTIO Divina	FINIS Conservatio Unitatis in Ecclesia.	CARDINALIUM (Tab. XV.)
PATRIARCHAE OCCI- DENTALIS.	JURA praecipua (3)	Exercentur opera auxiliaria	LEGATORUM (Tab. XVI.)
SUMMUS ROMANUS PONTIFEX personam sustinet (1)	METROPOLITANI.	vel ESSENTIALIA	et CURIAE, quae constat variis Tribunalibus, in quibus expeduntur causae ad Pontificem delatae.
EPISCOPI.		in Ecclesiam univ. dispersam, veluti	jus tuendi unitatem. exigendi relationes ab Episc. in causis Eccl. major. mittendi legatos. (momenti.)
PRINCIPIS TEMPORALIS, cuius jura exaequantur juribus ceterorum Imperantium.	et Sunt vel ADVENTITIA quae	urgendi Canonum observantiam. edendi decreta. convocandi Concilia Generalia.	
	et Sunt	in Ecclesiam univ. congregatam	jus praesidendi Conciliis Oecumenicis, accedendi Decretis, Primate absente, conditio. promulgandi Decreta Conciliorum.
	vel CONTROVERSA velut	Ortum duxerunt ex	commixtione jurium patriarchal. cum juribus Primatus, reservatione causarum majorum, cessatione Synodorum provincialium, lapsu disciplinae ecclesiasticae.
			jus confirmandi et consecrandi Episcopos. permittendi eorum translationes. (4) constituendi Coadjutores.
			exigendi jusjurandum obedientiae canonicae. (5)
		et Sunt	admittendi renuntiationes Episcoporum. deponendi eos. (6)
			erigendi, uniendi, dividendi episcopatus non sine consensu potest. recipiendi appellations. (7) (soec.)
			canonizandi. (8)
			adprobandi Ordines Religiosos ex Decr. Conc. Lugd. II.
			Inerrantia in dogmaticis.
			Potestas supra Concil. Oecum.
		Reservations, ob quas	restringuntur Jura Episcopalia. (9) celebrari desierunt Conc. Dioeces. et Provincialia.

(1) BELLARMINUS de Rom. Pont. (2) NAT. ALEXANDER Diss. IV. in Soec. I. CYPRIANUS Lib. de Unitate Eccl. CAN. CONCIL. LATER. IV. relat. in Cap. XXIII. de Privile. Cf. quoque H. GROTIUS in annotatis ad artic. VII. Consultat. Cassandri ab AND. RIVETO editis cum animadvers. Lugd. Batav. 1642 et GODOFR. GUIL. LEIBNITIUS in Ep. VIII. ad Fabric. Opp. om. cura LUD. DUTENS Genevae 1768. Adde IRENAEUM Lib. III. adv. Haeres. cap. III. CYPR. Lib. I. Ep. 3. ad CORN. OPTAT. MILEV. Lib. II. contra Parmen. et L. VIII. C. de Summa Trin. (3) Cf. STFPH. RAUTTENSTRAUCH. Institut. Jur. Eccl. T. I. Sect. 2. (4) VAN-ESPEN Jus Eccl. P. I. tit. 15. cap. 4. (5) V. Esp. I. c. cap. 2. (6) V. CONC. TRID. Sess. XXIV. cap. 5. de Reform. (7) CONC. TRID. Sess. XXIV. cap. XX. de R. DUPIN de Ant. Eccl. disc. Diss. II. (8) V. Esp. P. I. Tit. XXII. cap. 7. et Bened. XIV. Tract. de Canonizat. (9) V. Esp. I. c. tit. 14. cap. 1. et tit. 15. cap. 1. et DUPIN de ant. Eccl. disc. Diss. IV. V. VI. et VII. De Curia Rom. vid. Card. DE LUCA in relat. Cur. R. et PEHEM Prael. in J. E. U. T. I. Cap. VIII. Sect. II.

T A B U L A XV.

ORIGO	a XXVIII. presbyteris praepositis paroeciis Urbis Romae,
	a XVIII. diaconis regionariis ejusdem Urbis,
	a VII. Episcopis vicinarum Urbium Pontifici celebranti adsistentibus.
NUMERUS (2)	L III. usque ad Honorium II.
	maxime auctus, Pontificibus Avenione sedentibus.
	XXIV. ex Decretis Concil. Constan. et Basileens.
	LXX. a Paulo IV. quem numerum Sixtus V. firmum decrevit.

CREATIO spectat ad Pontificem.

CARDINALIUM ECCLESIAE ROMANAЕ

(1)

CONCISTORIUM consistit in ipsorum Coetu } eni praeest Summ. Pontifex,
nonnullarum causarum sunt } et in quo pertractantur negotia majoris momenti.

CONGREGATIONES praecipuae, seu COLLEGIA a Pontificibus erecta pro decisione
nonnullarum causarum sunt

(3)

CONCILII TRIDENTINI INTERPRETUM.
RITUUM.
de PROPAGANDA FIDE.
INDICIS librор. prohibit. Aliae.

JURA.

Sede plena	constituant Senatum Pontificis.
	adimplent varia munera in Tribunalibus Curiae Rom.
Sede vacante	gerunt Rempublicam.
	eligunt Pontificem.

(1) Cf. XAV. GMEINERI *Inst. Jur. Eccl.* T. I. Sect. 2. Cap. 2. Dotes, quibus Cardinales instructi esse debent exponuntur a CONCILIO TRIDENTINO Sess. XXIV. cap. I. et Sess. XXV. Cap. I. Cf. etiam ONUPHR. PANVINII *de Episc. tit. et diacon. Cardin. et LUD. ANT. MVRATORI* T. V. *Antiq. Italic. Dissert.* LXI. (2) Cf. HISTORICOS et THOMASS. de vet. et nov. Eccl. dis. P. I. Lib. II. (3) Cf. XAV. GMEIN. T. II. Proleg. Cap. 1. § 36. V. ESPEN JUS ECCL. UNIV. P. I. tit. XXII.

T A B U L A XVI.

et FLEURY *Jur. Eccl. P. III. Cap. VI. n. I.* (4) STRYK *de Jure Libellor. BASTINELLER de vitiis libelli.* (5) SLEVOGT *de Citationis requisitis et efficacia. IDEM de in-*
Jus vocatione nova et antiqua. BERGER de Citat. (6) ZANGER *de Exception.* (7) COM. a LYNAR *de Juram. Calum. moralitate, historia etc. STRAUCK de Juram.*
C. FLOERKE de eod. (8) DUAREN. et à COSTA *ad Tit. D. et C. de Probation. CANZ de Probabilitate Juridica. THOMASIUS de fide jurid. ELSAESER Diss. exhibens sele-*
cita capita de probat. et reprobat. (9) LAUTERBACH *de Confess.* (20) JANUS à COSTA *ad Tit. de Testibus.* (11) KRENEMAYER *de Instrum. definit. divis. fide,*
recognitione ac diffess. (12) HERTIUS *de Ocul. Insp. MAYER de singul. probat. per insp. ocular.* (13) VOET *ad tit. de probat. et praesumpt. BOEHM. de Collis.*
praesumpt. HOMBERGK de concursu praesumpt. MOEKERT de indole praesumpt. jur. (14) SCHNEIDT *de praesumpt. J. et de I. RENZ de ead.* (15) KNORR *de Sent. et*
ReJud. (16) CAVALL. *Op. et P. c. Cap. XXVIII.* (17) FROMANN *de Judic. ordin. et Summi. natura. BREMEN de causis summ. et ear. proc.* (18) Cf. omnino CAVALL.
I. c. Cap. XXVI. §. IV. (19) CLEMENT. *II. de Judic.* (20) CLEMENT. *II. de V. S.* (21) Leg. MONTESQ. *Esp. de L. Liv. VI. Ch. II. et n'AGUESSAU Mercur. XIII.*
Science du Magistrat.

TABULA GENERALIS EXHIBENS

FUERIS HABILITATI PUBLICI ET PROBLEMATICA PRACTICA

**FORTISSIMI CONSE
CIONUM**

INTER

E X H I B E T

P R O B L E M A T I C A

F U L L E

**TAB.I. De Jure Co
nomico divisionibus
generalibus.**

**TAB. II. De Jure Co
nomico divisionibus
specialibus.**

**TAB. VI. De
Laciones diversis.**

**TAB. VII. De
Crimine Gratiani.**

**TAB. VIII. De
Laciones diversis.**

**TAB. IX. De
Decretalium
Clementium et Is
idororum.**

**TAB. X. De
Problematice
mentem Novam.**

**TAB. XI. De Pue
nali divisionibus
generalibus.**

**TAB. XII. De Pue
nali divisionibus
specialibus.**

**TAB. XIII. De Po
nali divisionibus
specialibus.**

**TAB. XVII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XVIII. De
Ponali et Pue
nali.**

**TAB. XIX. De Po
nali diversis.**

**TAB. XX. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXI. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXIII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXIV. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXV. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXVI. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXVII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXVIII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXIX. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXX. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXI. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXIII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXIV. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXV. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXVI. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXVII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXVIII. De Po
nali diversis.**

**TAB. XXXIX. De Po
nali diversis.**

**TAB. XL. De Po
nali diversis.**

R E G U L A E J U R I S.

R E G U L A I.

Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri. (1)

R E G. II.

Possessor malaè fidei ullo tempore non praescribit. (2)

R E G. III.

Sine possessione praescriptio non procedit. (3)

R E G. IV.

Peccatum non dimititur, nisi restituatur ablatum. (4)

R E G. V.

Peccati venia non datur, nisi correcto. (5)

R E G. VI.

Nemo potest ad impossibile obligari. (6)

(1) Refertur haec Reg. ad Tab. XXXII. Cons. XAV. GMEINERI *Op. c. P. II. Sect. I. Cap. V.* §. 243. et Lib. III. tit. VII. X. de Instit. Sensus regulae est ut nullum beneficium proprie sic dictum licite queat obtineri sine institutione facta secundum canones, a qua nempe omne vitium absit tum ex parte conferentis, tum ex parte accipientis, tum quod ad formam.

(2) Refertur ad Tab. XLIII. Cf. SAUTER *Op. c. Cap. VII. Sect. V.* §. 964. et seq. et Lib. II. tit. XXVI. X. de praescript. Sensus est rei alienae possessorem, dominium ipsius in vim praescriptionis nunquam acquirere posse si vel ab initio possessionis, vel medio tempore ab Jure requisito ad praescribendum justam causam habuerit putandam quam possidet, alienam esse. Hac regula lenitur rigor Juris Romani quo dominium rei alienae per praescriptionem acquiritur si b. f. ab initio tantum adfuerit.

(3) Refertur ad preceed. Cf. Lib. II. tit. XII. X. de caus. possess. et propri. HEINEC. *Elem. Jur. ex edit. KOEPFNERI* Lib. II. tit. I. §. 281. et seq. Sensus est: quod sine possessione naturali simul et civili praescriptio rerum corporalium inchoari non possit: ea vero inchoata, sola civili possessione continuari potest per tempus ab Jure determinatum, dummodo per usurpationem, quam vocant, interrupta non fuerit.

(4) Ref. ad Tab. XLVII. Cf. CREMANI *de Jure Crim. Lib. I. P. II. cap. 2.* §. 5. et seq. et Lib. V. Tit. 36. X. de In. et damn. dat. Sensus est: quodlibet damnum injuste datum resarcendum omnino esse ab eo qui dedit non solum in foro interno, sed et in foro externo.

(5) Referri potest ad Tab. XLVII. attamen proprie non agitur hic de foro externo sed potius de interno, de quo adeundi Theologi.

(6) Refer. ad Tab. XLIV. non differt a Reg. Jur. Civ. „Impossibilium nulla est obligatio“ innuitque ad ea quae impossibilia sunt vel de facto vel de jure neminem obligari posse sive praecepto humano, sive judicis sententia, sive propria voluntate. Cf. HEINEC *tit. XIV. lib. II.* §. 490. et seq.

R E G U L A VII.

Privilegium personale personam sequitur, et extinguitur cum persona. (7)

R E G. VIII.

Semel malus, semper praesumitur esse malus. (8)

R E G. IX.

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. (9)

R E G. X.

Ratihabitionem retrotrahi, et mandato non est dubium comparari. (10)

R E G. XI.

Cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius, quam actori. (11)

R E G. XII.

In judiciis non est acceptio personarum habenda. (12)

R E G. XIII.

Ignorantia facti, non juris, excusat. (13)

(7) Ref. ad Tab. XX. consonat *Reg. Jur. Civ.* 68. et 196. D. Cf. XAV. GMEIN. *Op. c. T. II. C. III. Proleg.* §. 83. et seq. et *Lib. V. tit. 33. X. de privil. et excess. privilegiat.* Sensus est privilegium mere personale sequi personam, cui est concessum, nec in haeredes transire post ipsius mortem. Cf. HEINEC. *Lib. I. tit. 2. §. 48. et seq.*

(8) Ref. simul cum seq. ad Tab. XLV. Cf. XAV. GMEIN. *T. II. C. III. Sect. III.* §. 693. et seq. et *lib. II. tit. 23. X. de Praesumpt.* Sensus est quod ille qui semel in aliquo genere delicti malus inventus fuerit, talis etiam deinde in eodem genere praesumatur, nisi oppositum ab eo probetur, adversus quem praesumptio hujusmodi ab Jure est comparata. Conf. NANI in lib. sing. de *Indicis cap. 5.* et THOMASIUS de *praesumpt. bonitatis.*

(9) Adeantur pro ea et pro seq. *Inst. Jur. Civ. tit. de Mandato.* Sensus est quod si quis adprobet id quod ab altero gestum est, nullus effectus juridicus subsequitur hujusmodi adprobationem, nisi id, de quo agitur, nomine illius gestum antea fuerit.

(10) Innuit quod quidquid ab altero nomine nostro gestum est etiam absque mandato nostro, tamen nos obligat a tempore negotii gesti, et eodem producit effectus ac si expresse mandatum fuisset, statim ac nobis adprobatur et ratum habetur.

(11) Desumta est ex *reg. Jur. Civ.* „Favorabiliores rei potius quam actores habentur“ consonat *Cap. III. de Probat.* et sensum hunc habet, ut si ea, quae adducuntur in judicio ab actore dubia sint et obscura, aut si ejusdem ponderis probationes afferantur ab actore et a reo, hic absolvit debeat a petitione actoris juxta illud „actore non probante reus absolvitur.“

(12) Regula ob oculos semper habenda, quae et in Jure Divino invenitur. DEUTERON. I. „Quod iustum est judicare sive civis sit ille, sive peregrinus: nulla erit distantia personarum: ita parvum audietis ut magnum, nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est.“ Cf. CIC. de *Invent.* Lib. I. Cap. 38. SALLUST. *Bell. Catilin.* Cap. 50. SEIGNEUX *Syst. abregé de Jurispr. Crim.* cap. 6. et PÜTMANN, *Advers. Jur.* Lib. I. cap. IV. de mot. Jud.

(13) Cf. Tit. D. et C. de *Jur.* et fact. ign. ibique interpretes. Sensus est: errorem et ignorantiam non affectatam facti alieni excusare errantem et ignorantem sive agatur de lucro captando sive de damno vitando; eosdem vero non excusari errore aut ignorantia juris nisi agatur de damno avertendo, et nisi quaestio sit de militibus, minoribus, et omniuo rudibus.

R E G U L A XIV.

Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantiae causam censetur habere. (14)

R E G. XV.

Odia restringi, et favores conuenit ampliari. (15)

R E G. XVI.

Decet concessum a Principe beneficium esse mansurum. (16)

R E G. XVII.

Indultum a jure beneficium, non est alicui auferendum. (17)

R E G. XVIII.

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. (18)

R E G. XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quae ad eum non pertinet, se immiscet. (19)

R E G. XX.

Nullus pluribus uti defensionibus prohibet. (20)

(14) Haec reg. declarat et confirmat praeced. exemplo petito ab eo qui succedens titulo vel universalis vel particulari in jus alterius, censetur ignorare antecessoris gesta quae imputari successori non poterunt si conveniatur ab altero, juxta Reg. Jur. C/v. XLII. D. de R. J.

(15) Potest referri ad Tab. IV. sed non facile casibus occurrentibus rite applicari poterit nisi accurate definiatur quid odiosum, quid favorable dicendum sit. „Censendae sunt illae leges favorabiles, ait Xav. GMEIN. Op. c. T. II. de Legum Interpr. §. 3. in Schol. quae utriusque partis aequalem faciunt conditionem, quae communem utilitatem spectant, quae actus conservant, quae pacem promovent; odiosae vero quae unam tantum partem, aut unam magis quam alteram gravant, quae poenam in se continent, quae acutum reddant irritum aut priora immutant; „et haec sunt, quarum strictam interpretationem regula jubet, cum de ceteris statuat late eas explicari posse et extendi. Vid. CHRIST. THOMAS. Append. ad lib. 2. Jurispr. div. ubi quaestio proponitur de definit. favorabil. et odiosor. et BARBEYRAC. AD PUFENDORF. Lib. 5. cap. 12. §. 13.

(16) R. ad Tab. XXIII. et indicat privilegia aliasque gratiosas concesiones reales a Principe profectas sine determinatione temporis, non esse ab eo, vel successore temere revocandas sine causa gravi et justa.

(17) R. ad T. XLIV. et in hoc differt a praeced. I. quod in illa agitur de privilegio a Principe concesso, hic vero de beneficio juris communis, seu generali, veluti restitutioonis in integrum, seu speciali, veluti jur. singul. quae conceduntur mulieribus etc. Cf. HEINEC. ex edit. BIENERT §. 60. in Nota. II. in illa statuitur non decere principem ut ea temere revocet quae semel indulsit; in hac ponitur, a nemine etiamsi judex sit vel magistratus, posse beneficium legis auferri, cum hoc non licet nisi legumlatori, necessitate aut utilitate publica suadente.

(18) R. ad praece magni est usus in testam. (ad quae etiam pertinet Regula Catonianna) contract. beneficii, judicii, respondet Reg. D. 29. et indicat actum, qui ipso jure dum perficitur invalidus est, haud posse tractu temporis ita per se convalescere, ut vim acquirat, et effectus producat actus ab initio valide gesti.

(19) R. ad Tab. XLV. desumpta est omnino ex Reg. 36. D. et vult ut tum ille qui rem alienam invadit, tum qui alicui negotio gerendo se immiscet, cui aut ob prohibitionem illius quem illud tangit, aut ob propriam imperitiam se ingerere non debebat, praeter reparationem damni dati, obligetur etiam ad poenam pro circumstantiis et gradu culpae. De Culpa et gradibus ipsius conf. HEINEC. Lib. III. Tit. de Oblig. et CREMANT Lib. I. Cap. III.

(20) R. ad XLIV. statuitque licere reo convento in judicio pluribus uti exceptionibus ad elidendam actoris intentionem, dummodo eas non simul et semel producat, ut si una allata non proficit, ad aliam recurrere fas ei sit, quod quidem actori non licet.

R E G. XXI.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest. (21)

R E G U L A XXII.

Non debet aliquis alterius odio praegravari. (22)

R E G. XXIII.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. (23)

R E G. XXIV.

Quod quis facit mandato judicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse. (24)

R E G. XXV.

Mora sua cuilibet est nociva. (25)

R E G. XXVI.

Ea, quae fiunt a judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt. (26)

R E G. XXVII.

Scienti, et consentienti non fit injuria, neque dolus. (27)

R E G. XXVIII.

Quae a jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. (28)

(21) R. ad praec. optimoque jure decernit neminem posse revocare aut retractare id ad quod praestandum scienter, libere, et juste se obligavit, propter jus inde alteri quaesitum, quod ei invito amplius auferri nequit.

(22) Ref. ad XLV. statuitque innocentem propter delictum alterius, ut puta patris, filii, conjugis etc. minime puniendum esse. Hinc illa „noxa caput sequitur.” ibi est poena ubi et noxa est: „peccata suos tenent autores, nec ulterius progreditur metus quam reperiatur delictum. Cons. GROT. de Jur. B. et P. Lib. 2. cap. 20. §. 28. et Cap. 21. §. 12. et 13.

(23) R. simul cum seq. ad T. XLIV. et videtur pugnare cum praeced. Sensus enim idem est, nisi quod tanquam exceptio hic additur *nisi subsit causa*, quae alia esse non potest nisi salus communis et bonum publis cum. Verum in hoc casu proprio non puniri innocentem dicendum est, sed utilitatem privatam publicae in collisione posthaberi.

(24) Desumpta est ex Reg. D. 167. cuius sensus est a dolo et culpa immunem esse qui ex justo mandato legitimi Superioris aliquid facit vel omittit.

(25) Desumpta est ex Reg. 173. D. indicatque quod debitor cum non praestat id quod debet tempore et loco aet convento aut legitimo, tenetur ad resarcienda omnia damna et incommoda, quae creditor ratione hujus morae passus est. De mora et effectibus morae cons. HEINEC. tit. XIV. Lib. III. §. 755.—60 ex edit. Koepf.

(26) Desumpta est ex Reg. 170. D. decernitque omnia que ab Judice ultra limites potestatis suae, vel contra praescriptam juris formam fiunt, nulla esse et invalida; hinc nec in rem judicatam transire possunt, nec ab iis provocatio est necessaria. Cf. CAVALL. Op. c. P. III. cap. 26. §. ult. et Cap. 28. §. 20.

(27) Congruit cum Reg. D. 145. Sensus est injuriam nullo pacto fieri ei qui in aliquid consentit, ad quod nec vi, nec errore, nec metu inductus fuit. haec autem Reg. non facile admittenda in jure poenali. Etenim delicta praeter I aisionem privatam continent et laisionem publicam, propter quam poena afficiendus est is, qui alteri licet volenti et consentienti injuriam inferat.

(28) Consentit cum Reg. XV. desumpta est ex Reg. quod contra rationem. D. de R. J. et significat non esse ultra casus expressos extendenda ea, quae contra dispositionem juris communis legitimate sunt introducta, veluti dispensationes, et privilegia, etiamsi par aut major etiam ratio interesse videatur.

R E G U L A XXIX.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. (29)

R E G. XXX.

In obscuris minimum est sequendum. (30)

R E G. XXXI.

Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet. (31)

R E G. XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non existit. (32)

R E G. XXXIII.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. (33)

R E G. XXXIV.

Generi per speciem derogatur. (34)

R E G. XXXV.

Plus semper in se continet quod est minus. (35)

R E G. XXXVI.

Pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere. (36)

(29) Inuit, jura quae pluribus singillatim sumtis in eamdem rem ita competant, ut sine directa eorum laesione mutari nequeant, tolli aut immixti sine uniuscujusque consensu non posse.

(30) Conjugenda est cum *Reg. XLV.* desumta est ex *Reg. 9. D.* concordat cum *Reg. 34. D.* et locum habere potest tum in contractuum, tum in legum et testamentorum interpretatione. Cum nempe vera disponentis mens erui nequaquam potest nec ex contextu verborum, nec ex ratione, nec ex fine, nec ex aliis circumstantiis, tunc id quod minus obligat, vel minus gravat, servandum saltem est.

(31) Determinat, non esse de jure necessarium, ut ei qui sufficientem notitiam habet, aut habere debet rei alicujus, adhuc ulterior ejusdem rei fiat denuntiatio.

(32) Desumta est ex *Reg. D. 41.* inuitque non licere actori in judicio ad assequendam suam intentionem iis mediis uti, quae nec reo ad se defendendum permittuntur, cuius tamen causa favorabilior habetur quam causa actoris, ut est in *Reg. 125. D.*

(33) Concordat cum *Reg. D. 75.* et cum superiore *Reg. XXI.* Optime hic animadverit REIFFENSTUEL in illustranda hac reg. sub num. 3. quod mutatio consilii nemini nocens et jure non prohibita, tamen tantum est licita, sed quandoque etiam laude digna: veluti cum circumstantiae mutantur, aut res melius persensa fuerit; cum e contra mutatis circumstantiis et re melius considerata opinio sue mordicus adhaerens signum sit pertinaciae et occultae superbiae, qua sit ut ne quis inconstans aut minus doctus videatur, mutare sententiam erubescat.

(34) Desumta est ex *Reg. 80. D.* docetque, in collisione duarum dispositionum, quarum una generalis sit, altera specialis, hanc in iis in quibus illi adversatur retinendam potius esse.

(35) Desumta est ex *Regulis 110. et 113. D.* et concordat cum aliis inferius adducendis. Sensus per se patet. pro applicatione vero practica ipsius in testamentis, in contractibus nec non in sententiis et judiciis consul. REIFFENST, et auctores ab eo laudati.

(36) Desumta est ex *Reg. 131. D.* et ne ex fraude et dolo alterius innocens damnum patiatur, statuit, eum, qui sive bona sive mala fide rem alienam possidet, et eam aut destruit aut distrahit dolose ne apud se amplius inveniatur, non ideo liberari ab onere vel restitutionis vel aestimationis ipsius.

R E G U L A XXXVII.

Utile non debet per inutile vitiari. (37)

R E G. XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare. (38)

R E G. XXXIX.

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quae sequuntur ex illo. (39)

R E G. XL.

Pluralis locutio, duorum numero est contenta. (40)

R E G. XLI.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non facit, quod per eum fuerat faciendum. (41)

R E G. XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis. (42)

R E G. XLIII.

Qui tacet consentire videtur. (43)

R E G. XLIV.

Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur. (44)

(37) Declarat, actum et negotium aliquod de jure validum non ideo infirmari, quod ei forsitan accessorium additum fuerit vel inutile, vel ab Jure etiam non adprobatum; dummodo hoc separari possit a principali.

(38) Statuit, admittendum non esse ad allegandam pro se legem, aut instrumentum eum, qui idem instrumentum aut legem antea impugnaverat in judicio. „Quis enim, ait Ictus in L. 1. D. quod quisque etc. aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit?”

(39) Inuit, sub generali prohibitione aut simplici, aut sub poena nullitatis actus aliquius, et ea implicite esse prohibita, vel simpliciter vel sub nullitate, quae naturalem et accessoriām connexionem habent cum actu prohibito.

(40) Desunta est ex L. 12. D. de Testibus statuitque quod ubi terminus pluralis adhibetur ab Jure, dualis numerus sufficit, nisi major expresse a lege requiratur.

(41) Congruit cum Reg. LXVI. et intelligenda est de eo qui cum ad aliquod peragendum obligetur et non perficiat, damno tamen affici non debet, si probet se legitime impeditum fuisse.

(42) De natura juridica rei principalis et accessoriae consulendi Interpretes Jur. Civ. nam haec ipsa traditur doctrina in Reg. 729. et 178. D. de R. J. Sensus vero est, rem quae accessoria alterius dicatur, cum ea quae pro principali habetur tam arcu nexu de jure copulari, ut ea sublata, et accessoria extingui censeatur.

(43) Docet effectus juridicos taciturnitatis in aliquo, tunc non differre ab iis qui ex consensu aperto ejusdem deducerentur, cum agitur de re ipsi utili; at cum de re eidem noxia quaestio est, tunc tantum, cum per dissensum expressum facile potuisset impediri id de quo agitur. Culpa enim caret, ut ait Reg. 50. D. qui scit sed prohibere non potest.

(44) Cons. L. 142. D. de R. J. et JACOB. GOTHOFRED. in eam Comm. Collect. 21. part. 15. reg. 1. neconon GONZALEZ ad cap. 5. de praesumpt. et HEINEC. in Diss. de relig. Judic. circa reor. confess. Sensus regulae est nec pro confesso nec pro negante habendum esse eum, qui ad interrogationem alterius tacet. Si vero sileat interrogatus ab Judice in Judicio criminali, utrum statim habendus sit pro confesso, disquirit CREMANI Lib. III. cap. 27. §. 4. Op. c.

R E G U L A XLV.

Inspicimus in obscuris, quod est veri similius, vel quod plerumque fieri consuevit. (45)

R E G. XLVI.

Is, qui succedit in jus alterius, eo jure, quo ille, uti debet. (46)

R E G. LXVII.

Praesumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. (47)

R E G. XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius injurya, vel jactura. (48)

R E G. XLIX.

In poenis benignior est interpretatio facienda. (49)

R E G. L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. (50)

R E G. LI.

Semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum. (51)

(45) Desumpta est ex R. 414. D. ac docet, quod si in lege aut instrumento aliquo homonymia vel amphibolia sit, quae dubiam reddat mentem scribentis, ea tunc significatio verborum seligenda est, quae verisimilior videtur, nempe quae aut rationi ipsius scribentis, aut materiae de qua agitur, juxta locorum consuetudines, accommodator videtur, qualibet cavillatione remota. De interpretatione legum generatim cons. CHR. HENR. ECKARDI *Hermeneut. Jur. Cap. I.* et de interpr. contract. POTIER „Traité des Obligations Part. I. art. VII.”

(46) Desumpta est ex Reg. 177. D. eique consonat. Reg. 79. eod. indicatque, eum qui in alterius jus sive universale sive particulare succedit, iisdem juribus uti posse, quibus alter gaudebat, in cuius locum successit.

(47) Conjugenda cum reg. XIII. quam haec declarat et confirmat statuendo, unumquemque facta aliena ignorare praesumendum, nisi contrarium probetur.

(48) Celeberrima haec Regula desumpta est ex R. D. 206. regnat per universum jus, fluitque ex eo principio naturali „neminem laedendum, et suum cuique tribendum” cuius meminit §. 5. Inst. Justin. tit. de Just. et Jur. et L. 10. §. 1. D. eod.

(49) Respertur ad Tab. XLV. confirmatur multis Reg. Jur. Civ. et docet in mitiore partem faciendam esse interpretationem legis poenalis dubiae. Cons. CREMANI *Lib. I. P. II. cap. XIII. §. 13. et seq.* ubi optime tripliciter distinguit utrum factum aliquod nec verbis nec sententia legis poenialis, utrum sententia quidem, non autem verbis, utrum tandem verbis, non vero sententia contineatur.

(50) Ref. ad XLIV^o rationem habet ad Reg. 77. D. inquitque quod actibus illis introductis aut adprobatis ab Jure, qui statim ac fiunt subsistere debent, adjici non potest neque conditio neque dies ad hunc finem, ut ab existentia conditionis aut diei valere tandem incipient, unde una aut altero adjecto nulli suat. Vid. GOTOF. in *Comm. ad Reg. 77. D. de R.J.*

(51) Ref. ad XLII. docetque, ea quae ad exercitium cultus divini benedictione aut consecratione sunt destinata, non posse sine legitima causa, et auctoritate eccl. in profanos usus adhiberi.

R E G U L A LII.

Non praestat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. (52)

R E G. LIII.

Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus. (53)

R E G. LIV.

Qui prior est tempore, potior est jure. (54)

R E G. LV.

Qui sentit onus, sentire debet commodum, et e contra. (55)

R E G. LVI.

In re communi prior est conditio prohibentis. (56)

R E G. LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuerit apertius, est interpretatio facienda. (57)

R E G. LVIII.

Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum. (58)

R E G. LIX.

Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eumdem. (59)

(52) Ref. cum seq. ad Tab. XLIV. innuitque, quominus aliquid valide fieri possit, nullatenus impedimento esse ea, quae de jure sunt nulla, cum ad mentem Legum paria sint: aliquid esse nullum, et esse sine effectu.

(53) Concordat cum XXXV. Sensus per se patet. Animadvertisendum tantum tunc licere minora, ei cui licent majora, cum tam haec quam illa ad eumdem ordinem rerum spectant, et minora continentur in majoribus tanquam species in genere.

(54) Concordat cum Reg. 98. D. innuitque, quoties de praelatione juris inter duos quaestio est, illum praferendum esse, qui ceteris paribus, alterum tempore praecedit. Etsi vero haec eadem Reg. jure civili sit confirmata, tamen plura sunt privilegia Romanis LL. introducta, per quae posteriores tempore multoties prioribus praferuntur. Cons. LAMPREDI J. P. U. P. I. Cap. XII. §. si autem in nota.

(55) Desumpta est ex Reg. 10. D. statuitque in eum, qui emolumentis et commodis rei alicui de jure annexis gaudet, rejicienda esse etiam onera et incommoda quae eidem rei eodem modo adhaerent.

(56) Concordat cum R. XXIX. innuitque vel uno dissentiente inter plures, qui condominium in re aliqua habent, quando agitur de eadem distrahenda vel immutanda, ei potius acquiescendum quam ceteris.

(57) Ostendit, in contractibus praesertim, in quibus occurunt verba ambigua aut obscura, contra eum interpretationem faciendam esse, qui auctor fuit conditionum ab altero observandarum, nempe ea est interpretatio seligenda, quae minus gravet obligatum. Sibi enim imputare alter debet quod clarius non sit loquutus. Conf. JUSTI HENNIN. BOEHMERI D. de interpr. contra eum facien. qui clar. loqui potuisse.

(58) Cum juramentum non ob hoc institutum fuerit, ut esset vinculum iniquitatis, idcirco vult haec Reg. nullam obligationem ex eo oriri, per quod confirmata fuerit promissio aliquid dandi vel faciendi aut non dandi etc. cum lex divina aut humana hujusmodi promissioni adversatur. Cons. LAMPR. Op. c. P. I. Cap. IX. §. 10.

(59) Desumpta est ex R. D. 173. §. 3. Sensus est dolose agere eum dicendum, qui rem non suam in judicio ab altero petit, cuius etsi possessionem consequatur, tamen restituere eam statim debebit.

R E G U L A LX.

Non est in mora, qui potest exceptione legitimā se tueri. (60)

R E G. LXI.

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. (61)

R E G. LXII.

Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. (62)

R E G. LXIII.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adversarii confiteri. (63)

R E G. LXIV.

Quae contra jus fiunt, debent utique pro iusfectis haberi. (64)

R E G. LXV.

In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis. (65)

R E G. LXVI.

Cum non stat per eum, ad quem pertinet quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset. (66)

R E G. LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. (67)

(60) Congruit cum Reg. 88. et 112. D. decernitque praestanda non esse ea, quae alias praestare debet ille qui in mora est constitutus, cum legitimam adducere poterit causam cur non fecerit aut non dederit tempore debito ea ad quae obligabatur. Cons. Reg. superius allatam XXV.

(61) Desumta est ex R. 25. D. de Leg. Sensus est non ita accipendum esse, quod in gratiam et favorem alicujus indultum est, ut hoc ipsum eidem sit oneri et incommmodo.

(62) Desumta est ex Reg. 47. D. concordat cum L. 2. D. Mand. statuitque quod si in causa finitis ut alter actionem committeret, ejus effectus eatenus nobis imputantur, quatenus alterum ad agendum impulimus consilio nostro mala fide dato. Quod quidem verum est in foro interno, et in foro etiam externo in causis criminalibus tantum, praeferim si spontanem sit consilium, quod alienum animum pacatum excitat ad agendum, neconon si illud quod petenti praebetur, speciale sit et viam quodammodo praemonstret, qua facilius scelus perfici queat. Conf. EDM. MERILLIUS Observ. Lib. II. cap. 3. BARBEYR. ad PUFEND. Nota 16. Lib. I. Cap. 5. §. 14. BOEHM. ad CARPZOV. Quaest. 87. obs. I. CONNAN. Comm. Jur. Civ. Lib. 2. cap. 14. n. 6. ANT. MATTH. ad Lib. 48. D. cap. 1. n. 8. et seq. SERVIN Op. c. Lib. I. Cap. 5. art. 2. §. 2.

(63) Sensus est: cum ille, a quo aliquid petimus in judicio, exceptionem nobis opponit, non huic sed nobis incumbit omnis probandi factum quod asserimus, nisi excipiens fateatur illud absolute in sua exceptione.

(64) Inniuit, actus omnes, qui contra dispositionem legum fiunt invalidos esse, et effectus juridicos non producere.

(65) Desumta est ex parte e Reg. 115. et ex parte e Reg. 128. D. Sensus est non teneri ad restitutionem eum qui ex causa turpi aliquid accepit ab altero qui similiter ex causa turpi illud dedit; et pro eo sententiam ferendam qui praeter titulum, possessionem habet rei alicujus, cum alter potiorem pro se titulum allegare non potest. Cons. HEINEC. ex edit. Koepf. tit. I. Lib. II. §. 283. et Lib. III. tit. 28. §. 957.

(66) Desumta est ex Reg. 161. D. concordat cum Reg. XLI. statuitque privandum non esse commodis, quibus sub conditione aliqua quis frui debebat, etiamsi conditio non extiterit, quando existentiam conditionis alter impedivit, cuius intererat ne existeret.

(67) Statuit quod si mihi non licet, lege prohibente, aliquid peragere, id ipsum nec per aliam personam nomine meo perficere potero.

R E G U L A LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum. (68)

R E G. LXIX.

In malis promissis fidem non expedit observari. (69)

R E G. LXX.

In alternativis electoris est electio, et sufficit alterum adimpleri. (70)

R E G. LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus. (71)

R E G. LXXII.

Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum. (72)

R E G. LXXIII.

Factum legitime retractari non debet, licet casus postea evenit, a quo non potuit inchoari. (73)

R E G. LXXIV.

Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet aliis in exemplum. (74)

R E G. LXXV.

Frustra sibi fidem postulat ab eo servari, cui fidem a se praestitam servari recusat. (75)

R E G. LXXVI.

Delictum personae non debet in detrimentum ecclesiae redundare. (76)

(68) Opponitur praecedenti et concordat cum LXXII. Allegari tamen non potest ab iis qui ad Residentiam obligantur, ut se ab eadem eximant alios substituendo, qui officium adimplant beneficio annexum; nam haec Reg. intelligenda est de actionibus et obligationibus realibus, non item de personalibus, in quibus qualitas et industria personalis spectatur.

(69) Concordat cum Reg. LVIII.

(70) Cum ex testamento aut contractu plura sunt disjunctive praestanda, liberatur debitor simulac praestitit unam aut alteram, quam ipse elegit.

(71) Desumta est ex Reg. 156. D. et significat eidem cui competit actio ad acquirendam rem aliquam, multo magis competere ad eam sibi conservandam exceptionem contra actionem alterius.

(72) Concordat cum Reg. LXVIII. nisi quod isthaec locum habere potest vel in judiciis criminalibus, in quibus qui mandant tenentur eodem pacto ac ii qui mandata exequuntur. Sed de ipsis, uti et de jubentibus, auxilium praebentibus etc. vid. CREM. Op. c. Lib. I. P. I. Cap. II. §. 17. et seq.

(73) Desumta est ex Reg. 85. D. et indicat actum illum, quem quis legitime perfecit, invalidum exinde non fieri, quod circumstantiae supervenerint, quae si exitissent tempore quo actus perficiebatur, validitati ejusdem obstitissent.

(74) Concordat cum Reg. VII. et XXVIII. superius allatis.

(75) Inniuit, frusta praetendere ut sibi praestetur ex aliquo contractu promissum, eum qui alteri fidem, quam in eodem contractu vicissim dedit, non servat.

(76) Quia delicta suos tenent autores, idcirco si clericus deliquerit, damnum ex bonis Ecclesiae cui inservit, resarcendum non erit.

R E G. LXXVII.

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. (77)

R E G. LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quae propter necessitatem aliquando sunt concessa. (78)

R E G. LXXIX.

Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. (79)

R E G. LXXX.

In toto partem non est dubium contineri. (80)

R E G. LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset verisimiliter in specie concessurus. (81)

R E G. LXXXII.

Qui contra jura mercatur, bonam fidem praesumitur non habere. (82)

R E G. LXXXIII.

Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. (83)

R E G. LXXXIV.

Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. (84)

R E G. LXXXV.

Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur. (85)

(77) Concordat cum allata LV. et vult ut qui alicui in dignitate aut munere succedit, eadem etiam sustineat onera, quae ab antecessore sustinebantur.

(78) Desumta est ex Reg. 152. D. et concordat cum allatis XXVIII. et LXXIV.

(79) Desumta est ex Reg. 54 D. et concordat cum XLVI.

(80) Desumta est ex Reg. 113. D. et concordat cum XXXV.

(81) Innuit quod cum generatim nonnulla conceduntur, non praesumuntur concessa etiam ea, de quibus verisimile est ne cogitasse quidem concedentem, etiamsi haec in illis tanquam species in genere comprehensae forsitan dici possint.

(82) Ex hac Regula, qui aliquid emit contra expressam legis prohibitionem, praesumitur id dolo fecisse, et pro malae fidei possessore habetur.

(83) Desumta est ex Reg. 57. D. et locum habere potest etiam in judiciis criminalibus, nam ob idem admissum neminem bis damnare licet.

(84) Ad praecidendas cavillationes videtur introducta haec Regula, quae concordat cum LXXXVIII. nam ut egregie statuitur in L. 88. D. de R. J. certum est quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. Si igitur ratio patet quae contrahentes, aut legem ferentis voluntatem movit, omnia ita interpretari debemus ut cum ratione illa convenient. Absurdum enim est quempiam ea voluisse quae cum ratione voluntatis pugnant.

(85) Ex hac Reg. desumta ex L. I. §.5. D. Depos. contrahentes obligantur eo modo, iis sub conditionibus, tempore, et sic porro, sub quibus in eodem contractu sibi invicem fidem dederunt.

R E G U L A LXXXVI.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet non aliis imputare. (86)

R E G. LXXXVII.

Infamibus portae non pateant dignitatum. (87)

R E G. LXXXVIII.

Certum est quod is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem. (88)

(86) Desumpta est ex Reg. 203. D. Sensus per se patet.

(87) Recurrit ad Tab. XXVI. et desumpta est egregia haec regula ex L. 2. C. de dignitat. Qui reputentur infames Jure Canonico habemus in c. XVII. C. VI. Q. I. Cons. etiam tit. D. de his qui notantur infamia et tit. C. ex quibus causis infamia irrogatur. Conf. tamen FILANGIERI Op. c. Lib. III. cap. 32. CARRARD Op. c. Introduct. §. 8. n. 5. et seq. SERVIN Lib. I. cap. I. art. 4. §. I. CREMANI Op. c. Lib. I. P. II. cap. II. per tot.

(88) Referri potest ad XLIV. et XLV. et desumpta est ex L. 5. C. de LL. et Constit. Prince. Conf. CREMAN. Lib. III. P. II. cap. XIII. §. 18. et seq. ANT. MATTH. ad lib. XLVIII. D. tit. III. cap. II. §. 2. 3. nechon J. PRIESTLEY „Cours d'histoire et de politique” traduit de l'Anglais par CANTWELL T. II. p. 169. Paris 1798.

E r r a t a


Pag. I. v. 6. securitatem
p. IV. v. 14. puritate
Tab. III. v. 7. Jure, Ecclesiastico
Tab. IV. v. 1. GENERELALIA
T. VIII. v. 25. Delicis
T. XXVIII. v. 9. in Nota Nulltanus
T. XXXVIII. v. 9. in Nota enumerat. BUDD.

Corrigantur.

securitatem
puritate
Jure Ecclesiastico
GENERALIA
Delictis
Nullatenus
enumerat BUDD.

Cetera a Lectore benevolo.





428.1
Biblioteka Główna UMK



300049608065

400

Biblioteka Główna UMK



300049608065

Biblioteka
Główna
UMK Toruń

1268758